



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De virgine abstinentे, cui diabolus anserem obtulit, cap. 84

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

plenam ante os suum sensit, de qua etiam more canino, ut sibi videbatur, comedit; cumque sic bestialiter comedere erubesceret, caput quandoque retraxit, & satis durè parieti illicit.

## CAPYT LXXXIII.

**C**Onuersus quidam, sicut ab eius ore audiui, cùm die quadam auditor esset cuiusdam priuatæ missæ, in canone modicum quid dormitans, ex illusione diaboli, ipsum super quod prostratus iacebat lignum, dentibus rodere cœpit, ac si aliquid masticaret, & erat stridor dētium eius, ut sonus muris, testam nucis dentibus suis perforantis. Frater Richwinus Cellerarius noster, qui ad missam eandem ministrabat, hæc audiens, in orationibus suis impediabatur: & cùm posset Conuerso loqui, interrogabat eum, quid in missa inter dentes haberet, dicens: non potui propter vos orare; respondit ille: Credite mihi, ego comedidi bonas carnes. Vnde habuistis illas, inquit? respōdit Conuersus: Diabolus infra illum canonem præparaverat ori meo scutellam carnium bene refertam: si non creditis, notate lignum, in quo iacui, vestigia dētium meorum bene ibi repetietis; & narravit ei, qualiter à diabolo dormitans fuisset illusus; lignum verò ex dentibus eius fuerat corrosum. Sit inimicus viros religiosos, quos decipere per gulam non potest vigilando, ad minus illis illudere conatur dormitando. Audi nunc de quadam virgine, quam per carnes non dormitantem, sed vigilantem visibiliter tentauit; nec tamen præualuit.

## CAPYT LXXXIV.

**V**irgo quadam de Niuella nata, domum patris & parentes amore Christi deserens, quibusdam feminis religiosis illius provinciæ se sociauit, cum quibus de opere manuum suarum vicitans, orationibus, iejunisque vacauit. Cuius virtutibus diabolus inuidens, anserem de domo patris eius tulit, & in triclinio, in quo cum ceteris feminis sedebat, depositus, dicens: Quid te misera fame crucias? accipe & manduca. Cui cùm illa diceret: Non licet mihi ex eo

*Etiam in  
vigilia.*

come-

comedere, quia de furto est; respōdit diabolus: Nequaquam, de domo enim patris tui tali illū. Tūc virgo: Nō poteris negare quin rapina sit; tolle anserē velocius & restitue vbi rapuisti. Videns ille nihil se proficere, feminis videntibus auem leuauit, & tuguriolo, vnde ea rapuerat, restituit. Testata est familia domus patris eius, magnum se, inter reliquos anseres, audiuisse clamorem & strepitum, & cūm præfatum anserem tolleret, & cūm eundem loco suo restitueret. Dicam tibi adhuc duo exempla, per quæ scies qualiter diabolus eos, quos per desiderium carnium superet, terreat, & confundat.

## CAPUT LXXXV.

*Vixi hac  
tentatione  
& cofusi*

**C**onuersus quidam, sicut audii à quodam viro religioso, carniam desiderio tentatus atq; superatus, cū illas requirere erubesceret, sicut nec licuit, die quadam assaturam sibi præparatā, celario intulit, & comedit: erat enim officio Cellarius, & de ordine Præmonstratensi. Permissione Dei diabolus, q̄ia aliud facere non potuit, gulostim illū rapuit, & in tecto campanilis in modum vestimenti sparsit. Vbi cām hæreret, vel potius a diabolo sustentaretur, cui datus fuit ad terrendum potius, quam ad occidendum, clamauit validè, fratrium auxilium implorans; quem ibi hærere cernentes, causamq; ignorantis, satis mirati sunt, & turrim cum festinatione ascendentes, per foramen illum retraxerunt.

## CAPUT LXXXVI.

**N**ON est diu, quod quidam ex monachis Prumiensibus, feria tertia ante cineres, in domo cuiusdam secularis sacerdotis coniuantes, diuersas carnes cum vino exquisito usque ad media penè noctem comedenterunt. Et cūm saturati essent nimis, in ipso galli cantu, sacerdos vocas scholarē adulteri, nomine Ioannem, quem ego bene noui, dixit: Certè adhuc comedemus, vade affer nobis gallinam, quam inueneris in pertica iuxta gallum sedentem, quia certis pinguior esse constieuit, & præpara nobis. Quidam cūm stragulasset, & ventre aperro, manuq; imposita,

cūm